



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Mart. Bracaren. Archiepiscopo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20006

nini, à te, frater Archiepiscopi, apud sedem apostolicam permanente nonaginta marabutinorum uncias repereret nomine pupillorum, dilecti filii concanonici vestri ei pro bono pacis quadraginta malachinos per manus dilecti filii Mar. Capellani & Subdiaconi nostri dederunt. Ipse verò coram nobis omni juri renuntiavit quod adversus Compostellanam Ecclesiam pupillis competenter memoratis. Ne autem quod in præsentia nostra factum est, ulterius in dubium revocetur, præsentes vobis litteras in facta resignationis testimonium duximus concedendas. Datum Laterani II. Idus Iulij.

M A R T . B R A C A R E N .
Archiepiscopo.

Epiſt. 138.
Data à Rege
Bracarensi Ec-
clesiæ decimas
confimat.

CVM à nobis petitur &c. usque ad verbum effectum. Sanè significasti nobis in nostra præsentia constitutus quod cùm carissimus in Christo filius noster Portugaliæ Rex illustris quasdam possessiones dilectis filiis fratribus Militiæ Templi concesserit, receptis ab eis in permutationem duobus castris, scilicet Mugatorio, & Petrasroias, quæ idem fratres habuerant in dioceſi Bracarensi, Rex ipse tertiam partem decimarum quas dicti fratres priùs perceperant in Ecclesiis caſtrorum ipsorum, pietatis intuitu concedi fecit Ecclesiæ Bracarensi. Nos igitur tuis precibus annuentes, decimas ipsas, sicut legitime concessæ sunt Ecclesiæ Bracarensi, & tu eas justè posides, & quæ tibi & per te ipsi Bracarensi Ecclesiæ*, auctoritate apostolica confirmamus, & præsentis scripti pagina communimus. Nulli ergo &c. nostræ confirmationis &c. Datum Laterani III. Idus Iulij.

PETRO COMPOSTELLANO
Archiepiscopo, ejusque successoribus ca-
nonice subſtruendis, in perpetuum.

Epiſt. 139.
Vt Ecclesia
Compostella-
na post hac me-
tropolitana ha-
beatur.

IN eminenti apostolicae sedis specula disponente Domino constituti &c. usque ad verbum assensu, ad exemplar prædecessorum nostrorum felicis record. Calixti, Anastasi, Alexandri, & Lucij Romanorum Pontificum Compostellan. beati Iacobi Ecclesiam, cuius in ea venerandissimum corpus est positum, apostolicae sedis privilegio communimus, & ob ipsius à Deo electi Apostoli reverentiam archiepiscopalis cathedræ dignitatem, quam opulentissima quon-

dam & famosi nominis Emeritana ci-
tas, priùs quā peccatis exigentibus ab
impia Sarracenorum tyrannide posside-
retur, habuisse dignoscitur, præsentis
scripti pagina in perpetuum confirma-
mus, statuentes ut eadem Emeritana ci-
tas, si ad potestatem Christianorum Do-
mino donante redierit, Episcopum ha-
beat, qui Compostellano Archiepiscopo
sicut Metropolitano suo debeat perpe-
tuò subjacere. Omne quoque pontifi-
calis officij plenitudinem, quam ipsius
Emeritanæ Ecclesiæ antistites antiquitus
habuerunt, Compostellanensis Præſul
Ecclesiæ integrè semper obtineat &
quietè. Suffraganei verò Episcopi Eme-
ritanensis metropolis, qui per Lusita-
niam provinciam vel modò sedes pro-
prias obtinent vel in futurum per Do-
mini misericordiam obtinuerint, Salam-
antinus videlicet, Abulensis, Caurien-
sis, Civitatensis, Placentinensis, Pacen-
sis, Oxonobensis, & præterea Lamecen-
sis, & Egitanensis, nec non Vlixbonensis,
& Elboensis, sicut in nostris sententijs
continetur, Compostellano Archiepiscopo,
cujus consecratio ad Romanam
tantum Ecclesiam spectat, obedientiam
& reverentiam tanquam proprio Metro-
politano prorsus exhibeant. Ipse autem
illos confecrandi, ad sua Concilia con-
vocandi, cum ipsis etiam ecclesiastica ne-
gotia terminandi, & eorum Ecclesias
disponendi, auctoritate sedis apostolicae
liberam omnino habeat facultatem.
Prohibemus autem ut nulli Canonico-
rum ejusdem Ecclesiæ beati Iacobi, qui
ad aliarum Ecclesiarum prælationem af-
sumpti sunt, vel in posterum assumen-
tur, honorem vel præbendam seu cano-
nicatum in ipsa Ecclesia liceat retinere;
sed alia idonea persona in loco ipsius fu-
brogetur, que ipsi Ecclesiæ deserviat,
& ejusdem beneficium sortiatur. Illum
etiam censem qui Vota dicitur, quem
Hispanorum catholici Reges ex singu-
lis boum paribus à flumine Pisorga us-
que ad mare occidentale & per totam
Lusitaniam provinciam atque etiā in
Toledo & Transferram annuatim persol-
vendum pro salute totius terræ liberali-
ter statuerunt, eidem Ecclesiæ confir-
mamus, & omnimodis interdicimus ut
nulli fas unquam sit eum ipsi Ecclesiæ
qualibet occasione subtrahere. Obe-
unte verò te &c. Præterea quascun-
que possessiones &c. usque ad verbum